



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Capvt. II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

SECUNDVM.

bus vitæ nostrę. Et tu puer, propheta altissimi vocaberis, præi-
bis em̄ ante faciē dñi, ad parandū vias eius: Ad dandā scientiam
salutis populo ipsius, per remissionē peccatorū eius: Per viscera
misericordię dei nostri, quibus visitauit nos oriens ex alto, ut il-
luseret his q̄ in tenebris. & umbra mortis sedebant, ad dirigen-
dos pedes nostros in viā pacis. Puer autē crescebat et coroboraba-
tur spiritu, & erat in desertis, donec veniet dies, quo ostenden-
dus erat apud Israelitas.

CAPVT. II.

Actum est autē in diebus illis: Exijt decretum a cæsare
Augusto, vt censereēt totus orbis. Hęc descriptio pri-
ma facta est præside Syrię Cyrenio. Et ibant omēs vt
profiterent in suā quisq; ciuitatem. Ascendit autē & Ioseph a Gal-
ilæa, de ciuitate Nazareth, in Iudæā: in ciuitatē Dauid, quæ vo-
caē Bethleem, eo quod esset de domo & familia Dauid vt profite-
rereēt cū Maria desponsa sibi vxore, quæ erat pregnans. Accidit
autē cū essent ibi, cōpleti sunt dies pariēdi. Et peperit filiū suū pri-
mogenitū, ac fascijs eū inuoluit, reclinauitq; eū in præsepi, quod
non esset eis locus in diuersorio, Et Pastores erant in regione ea
dē vigilantes, & excubantes excubias nocte super gregē suū. Et
ecce angelus dñi afficit illis, & claritas dñi circumfulsit illos, & ti-
muerunt timore magno. Et dixit, illis angelus: Ne timeatis Ecce
em̄ annuncio vobis gaudiū magnū, quod futurū est toti populo
quia natus est vobis hodie seruator, q̄ est Christus dñs, in ciuitate
Dauid. Et hoc vobis signū: Inuenietis infantē fascijs inuolutū,

positū in præsepi. Et subito facta est cū angelo multitudo militiæ
 cœlestis, laudantiū deum & dicentiū: Gloria in altissimis deo, ac
 in terra pax, hoib⁹ bona volūtas. Et factū est, vt discesserūt ab eis
 angeli in cœlū, & hoies pastores loquebant̄ inter sese: Transeam⁹
 iam Bethleem vsq; & videamus hoc qđ accidit, quod dñs apē
 ruit nobis. Et venerunt festinantes, & inuenerunt Mariā & Iosē
 ph, & infantē positū in præsepi. Cū vidissent autē, diuulgauerunt
 de verbo, quod dictum erat ipsis de puero hoc. Et omnes
 qui audierunt mirati sunt, de his quæ dicta erant a pastoribus ad
 ipsos. Porro Mariā conseruabat omnia verba hæc, conferens in
 corde suo. E reuersi sunt pastores, glorificantes ac laudantes deū
 super omnibus, quæ audierant & viderant, ita vt dictum fu
 erat ipsis. Et postquā consumati sunt dies octo vt circūcideretur
 puer, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum erat ab ange
 lo priusquam in vtero conciperetur. Et posteaquam completi
 fuissent dies purgationis eorum secundum legem Mosi, adduxe
 runt eum Hierosolymam, vt sifferent eum domino, sicut scriptū
 est in lege domini: Omne masculinum adaperiens vuluam, san
 ctum domino vocabiē, & vt darent hostiā secundū quod dictum
 est in lege domini, par turturū aut duos pullos columbarum. Et
 ecce homo erat Hierosolymis, cui nomen Simeon, & homo iste
 iustus ac pius, expectans consolationem Israel, & spirit⁹ sanctus
 erat super eum. Et responsum acceperat a spiritu sancto, non vi
 surum se mortem, nisi prius videret Christum domini. Et venit
 per spiritum in templū. Et cum inducerent puerū Iesum paren
 N

res vt facerent secundū cōsuetudinē legis, pro eo, ipse quoq; acce-
 pit eū in vlnas suas & laudauit deū, ac dixit: Nūc dimittis seruū
 tuū dñe, secundū verbū tuū in pace: quia viderūt oculi mei salu-
 tare tuū, quod parasti ante faciē omniū populorū, lumē ad reue-
 lationē gentiū, & gloriā plebis tuæ Israel. Et erāt pater & mater
 eius mirantes super his, quæ dicebantur de illo: Et benedixit il-
 lis Simeon, & dixit ad Mariā matrē eius: Ecce positus est hic iu-
 ruinam, & in resurrectionē multorū in Israel, & in signū cui con-
 tradiciēt. Quin & tuā ipsius animā penetrabit gladius, vt retegā-
 tur ex multis cordib⁹ cogitatiōes. Et erat Anna prophetissa filia
 Phanuel de tribu Aser. Hæc processerat in multā ætatē, & vixe-
 rat cū viro annis septē a virginitate sua. Et hæc vidua annorū fer-
 me octoginta quatuor, q̄ non discedebat de tēplo, ieiunijs ac de-
 precationibus seruiens nocte ac die. Et hæc, eadē hora superue-
 niens, vicissim confitebāt dño, & loquebāt de illo omnibus qui
 expectabāt redemptionē Hierosolymis. Et vt perfecerunt omīa
 scdm legē dñi, reuersi sūt i Galilæā in ciuitatē suā Nazareth. Pu-
 er autē succrescebat, corroborabaturq; spiritu & implebāt sapientia
 & gratia dei erat super illū. Et ibāt parentes eius quotannis Hie-
 rosolymā in die festo paschæ. Et cū factus esset annorū duodecim
 ascendentibus illis Hierosolymā secundū cōsuetudinē diei festi,
 cōsumatisq; diebus cū redirent illi, remansit puer Iesus Hieroso-
 lymis, & nō cognouerūt parentes eius. Cæterū rati illū esse in co-
 mitatu, venerunt itinere diei, & requirebant eū inter cognatos &
 inter notos. Et cū non inuenissent eū, reuersi sunt Hierosolymā,

querentes eū. Et accidit post triduū, inuenerūt illū in templo sedentē in medio doctorū, audientē illos, & interrogantē eos. Stupebant autē oēs, qui eū audiebant, super intelligentia & responsis eius, & viso eo admirati sunt. Et dixit mater eius ad illū: Fili, cur fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod quærebatis me? An nesciebatis quod in his quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et illi non intellexerunt sermonē, quē locutus est ipsis. Et descendit cū eis, venitq; Nazareth, eratq; subditus illis. Mater autē eius cōseruabat oīa verba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapiētia & ætate, & gratia apud deum atq; homines.

¶ CAPVT. III.

Nno autem decimoquinto imperij Tiberij cæsaris,
 a Pontio Pilato præside Iudææ, tetrarcha vero Galilææ Herode, Philippo autē fratre eius tetrarcha Ituræ & trachonitidis regionis, & Lysania Abilenes tetrarcha, sub pontificibus Anna & Caiapha, factum est verbum dñi super Ioannem Zachariæ filiū i deserto. Et venit in omnē regionē finitima Iordani, prædicans baptismū pœnitentiæ in remissionē peccatorū, sicut scriptū est in libro sermonū Hesaiæ prophætæ, dicentis: Vox clamantis in deserto, parate viā dñi, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebit, & ois mons & collis humiliabit. Et fiuent quæ obliqua sunt, directa, & aspera (vertent) in vias planas & videbit omnis caro salutare dei. Dicebat ergo ad turbas, quæ exierant vt baptizarentur ab ipso. Progenies viperarum, quis sub-

N ij